



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313423>

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITIT

JOHANNES JUSTINUS BERGSMA,

Rheno-Trajectinus.

A. D. XIV. M. JUNII A. MDCCCLIV, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
Typis GIEBEN & DUMONT.

MDCCCLIV.

T H E S S.

L

Praeferenda mihi videtur in l. 57 D. mand. lectio
non inutiliter", lectioni *"non utiliter"*.

II.

Dies interpellat pro homine.

III.

Nulla antinomia adest inter l. 4 § 1 D. de rer. div. et
§ 2 Inst. de rer. div.

IV.

Pactum debitoris de non vendendo pignori adjectum
jure Romano vim habere defendo.

V.

Si jure Romano inter socios nihil convenit de lucro et
damno dividendo, haec dividenda esse inter eos pro por-
tione arithmeticā, neque geometricā, puto.

VI.

Minime assentior cons. DE PINTO ad art. 1504 C. C.
(*Handl. tot het Burg. WB.* pag. 519 § 867 n°. 4) :
»Intusschen spreekt de wet alleen van regtbanken, en het
spreekt van zelven, dat zij is strictae interpretationis, om-
dat onbekwaamheden en onbevoegdheden niet buiten de
wet mogen worden uitgebreid.”

VII.

Arbitrium privatum (eigenrigting), quamquam non ex-
pressis verbis codice nostro civili vetitum, tamen illicitum
habendum.

VIII.

Verba in art. 434 4º C. C. »op hun vijf en zestigste
jaar” accipienda sunt de annis sexaginta quinque impletis,
neque de anno sexagesimo quinto coepo.

IX.

Errant qui praeter quatuor tabulas status civilis, enu-
meratas in art. 13 C. C., alias ut dicunt suppletorias ad-

mittunt, provocantes ad Decretum Regium 8 Junii anni
1823.

X.

Verba in art. 577 C. C. : » Insgelijks behooren aan den Staat” non indicant civitatem dominum harum rerum esse.

XI.

Rectius se haberet art. 97 Cod. de rat. proc. in caus. civ., si omissa essent verba » of tot roerende goederen betrekking hebben”, nam plane abundant.

XII.

Verba in art. 699 n^o. 23 C. M. » na de vereischte raadpleging” non accipienda quasi necessarium requisitum indicent.

XIII.

Quum acceptatione praestita postea probatur subsignatio trassantis falsa esse, acceptantem non ad solutionem teneri defendo.

XIV.

Nimis parvam auctoritatem magistro officiariisque tributam esse in puniendis nautarum delictis puto.

XV.

Poena non est ultio criminis.

XVI.

Articulus 309 C. P. principiis justitiae repugnat.

XVII.

Gratia a damnato recusari nequit.

XVIII.

Vere et eleganter MONTESQUIEU (de l'esprit des lois lib. VI c. XXI) : » L'empereur MAURICE prit la résolution de ne verser jamais le sang de ses sujets. ANASTASE ne punissait jamais les crimes. ISAAC L'ANGE jura que de son règne il ne ferait mourir personne. Les empereurs Grecs avaient oublié que ce n'était pas en vain qu'ils portaient l'épée. »

XIX.

Sed vituperandus idem vir illustris videtur l. XX c. XVI ita pronuntians : » La loi de Genève qui exclut des Magistratures, et même de l'entrée dans le grand conseil, les enfans de ceux qui ont vécu ou qui sont morts insolvables, à moins qu'ils n'acquittent les dettes de leur père, est très-bonne. »

XX.

Falluntur qui putant ebrietatem voluntariam nunquam tollere vel minuere noxiām.

XXI.

Lex constituens usuras, quae conventione excedi non possunt, quam maxime improbanda.

XXII.

In genere insana et illegitima interventio summac authoritatis inter fabricantes et operarios negantes operam praestare, nisi concedatur maior merces.

XXIII.

Jus emphyteuseos prodest agriculturae.



